

ENCOMIVM VIRTVTIS


SIVE

ERVDITIORVM HOMINVM
Selectiora Epigrammata, quibus


EVROPÆ GAVDIVM

*AB ERVDITISSIMO VIRO
Chriſtophoro Palmerio Anglo nuper
editum approbatur, nonnullæq;
Authoris eximię virtutes
memorantur.*

PER LAVRENTIVM PARISIVM
Artium, Medicineq; Doctorem
Ciuemq; Florentinum ſelecta,
ac edita.



*Florentiæ, 1609. apud Io. Antonium Caneum.
Superiorum permiſſu.*






Ornatiſs. ac eruditiſs. Viro

D. CHRISTOPHORO PALMERIO ANGLO

AMÆNIORVM LITERARVM Profeſſori

LAVRENTIVS PARISIVS

Art. Medicinæq; Doctor Ciuisq; Florentinus S. P. D.





VM tuæ ad me ſuperiore anno (eximium ſæculi noſtri ornamentum) peruenerint, mihiq; tuum illum Collegij Nobilium attulerint quo Illuſtriſsimorum DD. Ferdinandi Riarij iam Marchionis, & Lauræ Pepulæ Feliciſsimas nuptias es proſequutus: mihi ſanè non erat obſcurum te de re Poetica valere plurimum. At cùm crebrùis à multis mihi neceſſitudine coniunctis ſcriptum fue-

rit te in Gymnasiis publicis, in auspicijs studiorum, in communibusq; hominum conuentibus, de Principum virorum interitu Orationes habuisse, atque ita te gessisse, vt maximo applausu omnium ab ore tibi dicendi Palma tribueretur, magis profectò mea de te augebatur opinio. Nunc verò quid sentiam nescio. Tu non solùm Illustrissimum, & Reuerendissimum Cardinalem Iustinianum laudibus extolleres, non solum Illustrissimum Marchionem Riarium efferres prę conijs, non solùm praclarissimos heroes Pepulos, Maluetios, Paleottos, Facchinettos, Angelellos, Campegios, Lambertinos, Voltas, Fantutios, Vrsios, Albergatos Senatores celeberrimos, ac nunquam satis laudatos (quorum egregias virtutes nobis in circulis, in conuiuijs, & vbiq; locorum assiduè pradicas) Poesi, Prosaq; immortales faceres, non solum denique excellentissimos Viros, mundi lumina, Natura miracula, Solis apices, Doctores illos Pappazonium, Baldum, Galetium, Philosophos Aristoteli meritò ęquiparandos, Maginum Mathematicorum Principem, Persium fidelissimum Athenaa Pallados interpretem, Marescotum, Buccaferrium, Palmerium, Alleum Bartolo, & Baldo superiores, Signium, & Lappium Laureatos Poetas, ac Oratores maximos, quos in animo, & in oculis quotidie fixos geris; versibus decorares. Verum etiam caput erigeres, oculorumq; acie penetrares Alpes, & dignos laude Viros Musa beares tua. Plurimum profectò tibi debemus omnes, priùs enim id fecisti, quod nos facere deceret. Ianuam nobis aperuisti, difficultates (siqua essent) expulisti, viam ostédisti, excitasti animos, materiem prę buisti. vndè iugera plena promeremus. Nec solum exaratum opus typis mandasti, sed etiam Alpes transcendisti, maximaq; venustate, & obseruantia Serenissimis Principibus tuis (quorum Felicissimas Nuptias, altam eruditionem, immensam potentiam, angelicasq; virtutes Maronęo

ſtylo,bonis ominibus, pijsq; precibus, decantaſti) tanquam amoris tui ſignaculum erga ſummos Duces in pace, & bello admirandos, quorum in ore Pallas, in brachijs effulget Mauors, tradidiſti. Eò ſanè libentiùs, & alacriùs magnos Principes accepiſſe, quo reliquis maiores, & doctiores ſplendidius lucent, fatendum eſt. quod autem ad me ſpectat, nomine reliquorum tibi quas poſſum, non quas vellem, gratias ago, & tua veſtigia pro tenellis ingenij viribus inſectans, ac inſectaturus Oratione latina, Magnitudinem, optatamq; fœlicitatem iſtorum potentiſsimorum Principum, Dominorum meorum prędicaui, quam iterum cum quinque epiſtolarum centurijs, quas partim Principibus, Dominis, ac amicis meis miſerim, partim ab iisdem receperim, ſum editurus in lucem. Quod reliquum eſt me tui amantiſsimum redama vti facis, & ne æqui, boniq; conſulere, quę tibi defero eruditiorum hominum ſe lectiora epigrammata communem omninm in te amorem, & gratos animos teſtantia dedigneris. Vale Kal. Ianuarij CIↃ. IↃ. C. VIII. & me mutuò dilige, dum ego tuum illud Oraculum admirari non deſinam.

En ego uaticinor poſt ſacros Coſme Hymenæos
Thuſcorum cernet te tua Flora Ducem.

quod uerificatur

De Duce Rex fies veteris diademata ſumens
Porſennæ &c.

אל קנקן חדש מלא ישן

קריסטוטרו פאלמירי אינגלוסי

אזי מלאו פני תבל פאר והדר;
כעת יאמר פרח תמר
מעציו ילבשו הוד והדר

אנטוניאו פירסוניאו



Γεωργίου Κορεσσίου τοῦ χίου Ἐπίγραμμα.

Εἶδον ἐγὼ βιβλίον καλὸν ἡδύ τε παλμερίοιο,
Ἀμφιάχον μεγάλην ἁρμονίην ἐπέων.
Πηγῆς ἀντοίης γλυκερᾶς νάματ' ἐμπορίσχον,
Θαυμασίων χαρίτων ἦρα γέμον γε καλῶν.

Δέχνυσο πεπνυμένην δ' ἄρα μουσῶν βίβλον ἀρεστήν,
Ἀτρεκίην δ' αὖ ἴδοις, ἥν περ ἐγὼ ἐρέω.



FRANCISCI LODII

AD PERITISSIMVM VIRVM Christophorum Palmerium Anglum.

Ode.

CHRISTIFER Christi baiulas potentis
Nomen, & defers humeris, pioq;
Per fretum vastum, scopulosq; duros
Pectore Christum.
Patriæ fines, proprios parentes,
Patruos ciues, Patriæq; dotes
Linquis æterni Patris excitatus
Palmifer igne.
Otium uitans, studijs Mineruæ
Applicas mentem, documenta scisti
Itali, Galli, Britones, Iberi
Qualia pandunt.
Te notant anni iuuenem tenelli:
At Senem mores, Studiumq;, & artes,
Palladis monstrant, tibi scriptitando
Cedit Apollo.
Hinc fit ut Palmæ decoreris almo
Nomine, & Palmam meritis reportes:
Hinc fit ut cuncti tibi gratulemur,
Teq; colamus.

Eiusdem

Eiuſdem Epigramma.

ANGLVS Felſineis Europę gaudia in oris
Pinxit, & Hetruriæ tradidit indè Duci.
O felix Pictor, fælicia gaudia pingis,
Pictor Apellem ipſum, Protogenemq; præis:
Quæ pinxere illi, in cineres abiere; ſed ipſa
Quod tua dipingit dextra perenne facit.
Fælices igitur, nulliſq; occumbere fatis
Cum facias, ſemper pingere pictorama.

ANTONII MOLINII
V. I. DOCTORIS.
Epigramma.

PRimus, & ante alios venit exonerandus honore,
Palmifer Italico gloria iuncta ſolo.
Pri mus, & ante alios Europæ gaudia fudit
Mediceos celebrans, Auſtriacosq; toros.
Materiem, atq; animos alijs dedit ore diſerto,
Dumq; Duces laudat laude Poeta nitet.

Eiuſdem Diſtichon.

LÆtitiam Europæ pepigit ter quinq; diebus
Vates; Maiori tempore qualia aget?

Eiusdem.

CHRISTOPHORVS PALMERIVS
POETA ANGLVS.

Anagrammatiſmus.

PALMATVR PVRE CHRISTI
ANGELVS.

DVm lego, dum meditor, dum te, tua facta, tuorumq;
Officia intueor, mox ſtupor altus adeſt:
Mira facis, maiora olim facturus, Olympi
Nuntius Europæ gaudia læta canis.
Tam bene Mediceos nemo, Auſtriacoſq; Hymenæos
Diceret æthereo ni ſatus orbe foret
Hinc eſt te laudēt iuueneſq; ſeneſq; & honorēt,
Et Palmam, & primas dent ſine fine tibi,
PALMATVR PVRE CHRISTI
ANGELVS. ecce
Littera teſtatur nominis ipſa tui.

ANTONII FRANCISCI
RENTII FLORENTINI
in ſumma Æde Ludimagiſtri.

Epigramma

PYthagoræ falſum ni ſçirem dogma refelli,
Naſonis manes hunc animaſſe feram.
Palmerius Coſmi cantauit gaudia Magni,
Plurimus in laudes Cęſaris ille fuit.

RAPHAELIS LANZINI

Epigramma.

CEDITE Romani ſcriptores, cedite Graij,
Veſtraq; Læthæo ſcripta inhumate ſolo.
Anglus adeſt, ſat erit tantum præmittere no(men;
Ille nouum toto ſpargit in orbe iubar.
Tantum hic uos uincit iuuenis, quantum aurea (Phębe
Exuperat minimas nocte ſilente faces.
Quid quęſo ille ſenex faciet uenientibus annis?
Dicite, uel ſemper uertite in Harpocratem.

Eiuſdem Diſtichon.

QVI COSMVM, & MARIAM fęlici Carmine tollis
Palmifer in Cælum tu prius ipſe uolas.

GREGORII PALMERINI

NEAPOLITANO

Epigramma.

CHriſtiferum, an potiùs te Palmiferum uocitabo,
Qui Chriſti, & Palmæ nomen, & omen habes:
Nomine fers Chriſtũ, Chriſtũ fers pectore; Chri(ſt.
ſtas procul a patria tactus amore tua.

Nomen

Nome ... ,actisq; illustribus.
Consequeris Cicero, grandiloquusq; Maro.
Christifer ergo mihi, mihi Palmifer unus erisq;
Qui pius, & uictor nomine utroq; nites.

IOANNIS PANICHII FLORENTINI.

Distichon.

FOELIX Europę Dux COSMVS, MAGDALA, Vates
Eximit inuidia te, sceptro, gente, cothurno.

ROBERTI COLVMBINI

Epigramma.

DArdanidem Andinus celebrauit, Homerus Achillem,
Nec minus Hetrurię tollis ad astra Ducem.
Ille Anchisiadi, magnoq; æqualis Achillis est,
Tu quoq; Virgilios Mæonidiq; tuo.

Eiusdem distichon.

TEne Oratorem dicam, Vatemuè? duobus,
Orator, Vates, nominibus mihi eris.

Eiusdem

Eiuſdem.

LAudarem uerſus quos pangis Palmifer, ecce
Laudantem laudant me magè metra tua.

LAVRENTII RENATII.

MEDIOLAN.

Diſtichon.

O Vtinam poſſē de Palma excerpere fructus,
Inq; ſinu illius uiuere, ſiue mori.

FERDINANDI MATII

FLORENTINI.

Diſtichon.

SVM tuus, & tibi me, meaq; omnia defero; non ſum
Vates, tu poteras eſſe Poeta tuus.

DI RAFFAEL

GVALTEROTTI FIORENTINO.

NEL tuo pronto, il mio ſtil ſi ſueglia, e viue,
Che tu canti le gioie, e le bellezze
Io d'Europa le glorie, e le grandezze;
Tu del Tebro, io dell'Arno in sù le riue.

DI

DI CHRISTOFORO VRBANI ARETINO. XV

PALMIERI, i tanti, e sì purgati inchiostri
Di voi chi ben contempla a parte, a parte,
Dice ammirando il gran sauer, e l'arte,
Ecco il nuouo Chiron de' tempi nostri:
Di Gloria il Tempio, chi ci additi, e mostr .
Alcun non è con sì pregiate carte;
Onde chi di Virtù brama hauer parte
Cerchi pur di seguir gli essempi vostri.
Di voi, che scudo incontro al tempo auaro
Vi fate ogn'hor, il grande ardire imiti,
Chi ad opre aspira gloriose, e belle.
Voi di fama, e di gloria onusto, e chiaro
Sprezzando i tempi, à i nostri danni arditi
Già securo poggiate oltra le Stelle.

Del medesimo.

Aureus vt terram fulgenti lampade lustrat
Phębus, cum nobis Lucifer almus adest
Palmerius claro totum sic nomine complet
Orbem, dum nobis nobile tradit opus.

FINIS.



Mc